



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symma Totius Theologiæ S. Thomæ Aquinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De his qui possunt indulgentias facere. Quæstio 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

ricam Bo-
onueniens
accedit ad
ulgencia,
dans vnu
n. Non
n pium, &
eretur Re
si ei do-
est vicini
consequen
rent a mi
ar labou
ur : sedile
reter. del
indulgen
cut Papam
seunt mar
ontes, ut
radit, infida
tur. Qua
atur, ut can
alem, vnde
gentia: se
na Ecclesiæ
beati Petri
s vadit, tu
n requiri
debeat re
lorum, quo
ruenire po
alteri dupli
c, etiam fine
n pariceps
er intentio
i causa leg
pima

ARTIC. III.

Vixum pro temporali subsidio debeat fieri indulgentia?

99

A D tertium sic proceditur. Videtur, quod pro temporali subsidio non debeat fieri indulgentia: quia remissio peccatorum est quoddam spirituale. Sed dare spirituale pro temporali, est simonia*. 22. q. 100
Ergo hoc fieri non debet.
at. 1.

¶ 2 Præterea, Spiritualia subsidia sunt magis necessaria, quam temporalia. Sed pro spiritualibus subsidij non videntur fieri indulgentia. Ergo multo minus pro temporalibus fieri debent.

SED contra est communis Ecclesiæ consuetudo, quæ pro peregrinationibus & eleemosynis faciendis, indulgentias facit.

RESPONDEO dicendum, quod temporalia ad spiritualia ordinantur, quia propter spiritualia debemus vi temporalibus: & ideo pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia, sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia; sicut est repressio inimicorum Ecclesiæ, qui pacem Ecclesiæ perturbant, sicut constructio Ecclesiarum & pontium, & aliarum eleemosynarum.

Et per hoc patet quod non sit ibi simonia, quia non datur spirituale pro temporali, sed pro spirituali. Unde patet solutio ad Primum.

Ad secundum dicendum, quod etiam pro pure spiritualibus potest fieri indulgentia, & sit quandoque: sicut quicumque orat pro Rege Franciæ, habet decem dies de indulgentia à Papa Innocent. IV. Et similiter crucem prædicantibus, datur quandoque eadem indulgentia, quæ crucem accipientibus.

Q VÆST. XXVI.

De ijs, qui possunt indulgentias facere, in quatuor articulos diuisa.

D Einde considerandum est de illis qui possunt indulgentias facere.

P 2 ¶ Circa

- ¶ Circa quod queruntur quatuor.
 ¶ Primo, vtrum quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere?
 ¶ Secundo, vtrum diaconus vel alius non sacerdos possit eas facere?
 ¶ Tertio, vtrum Episcopus possit eas facere?
 ¶ Quarto, vtrum existens in peccato mortali possit eas facere?

ARTIC. I.

Vtrum quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere?

100

Tho. 4 d.
20. q. 1.
ar. 4. q. 1.
¶ seq.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere. Indulgentia enim habet efficaciam ex abundantia meritorum Ecclesie. Sed non est aliqua congettatio, in qua non sit aliqua abundantia meritorum. Ergo quilibet sacerdos potest facere indulgentias, si habeat plebem subiectam, & similiter quilibet prælatus.

¶ 2 Præterea, Prælatus quilibet gerit personam totius multitudinis, sicut unus homo particularis gerit personam suam. Sed quilibet potest alteri communicare bona sua pro altero satisfaciendo. Ergo prælatus potest communicare bona multitudinis suis commissariis. Et sic videtur, quod possit indulgentias facere.

SED contra, Minus est excommunicare, quam indulgentias facere. Sed hoc non potest sacerdos parochialis. Ergo nec illud.

RESPONDEO dicendum, quod indulgentias effectum habent, secundum quod opera satisfactoria unius alteri computantur, non solum ex vi charitatis, sed etiam ex intentione operantis aliquo modo directas ad ipsum. Sed intentio alicuius potest ad alterum dirigi tripliciter, aut in generali, aut in speciali, aut in singulari. In singulari quidem, sicut cum quis pro alio satisfacit determinate: & sic quilibet potest alteri sua opera communicare. In speciali autem,

¶cuc

steut cum quis orat pro congregatione sua , & familiari bus , & benefactoribus , & ad hoc etiam ordinat sua opera satisfactoria : & sic ille , qui congregati onem p̄fet , potest opera illa alij communicare , applicando intentionem illorum , qui sunt de congregati one sua , ad hunc determinate . Sed in generali , sicut cum quis opera sua ordinat ad bonum eccl esie in generali : & sic ille qui p̄fet eccl esie generaliter , potest opera illa communicare applicando intentionem suam ad hunc vel ad illum . Et quia homo est pars congregationis , & congregatio est pars Eccl esie : ideo in intentione priuati boni includitur intentione boni congregationis , & boni totius Eccl esie ; & ideo ille qui p̄fet Eccl esie , potest communicare ea quæ sunt congregationis , & huic hominis : & ille qui p̄fet congregationi , potest communicare ea quæ sunt huius hominis , sed non conuertitur . Sed neque prima communicatio , neque secunda , indulgentia dicitur : sed soluim tertia , propter duo . Primo , quia per illas communicationes , quamvis homo soluatur à reatu pœnae , quantum ad Deum ; tamen non soluitur à debito faciendi satisfactionem injunctam , ad quam obligatus est ex p̄cepto Eccl esie : sed per tertiam communicationem homo etiam ab hoc debito soluitur . Secundo , quia in una persona vel in una congregatione non est indif ficiencia meritorum , vt sibi & omnibus alijs valere possint : vnde iste non absoluitur à pœna debita pro uno , nisi tantum determinate pro eo fiat , quantum debetur . Sed in eccl esia sola , est indif ficiencia meritorum , præcipue propter meritum Christi : & ideo solus ille , qui p̄ficitur eccl esie , potest indulgentias facere . Sed etiam eccl esia fit congregatio fidelium , congregati autem hominum fit duplex , scilicet economica , sicut illi qui sunt de una familia : & politica , sicut illi qui sunt de uno populo : Eccl esia assimilatur congregationi politicae , quia ipse populus eccl esia dicitur : sed cōuentus diversi vel parochiq in una diocesi

P 3 affi-

solus episcopus est ecclesie prælatus simpliciter.
** Al. causarum.*

assimilantur congregatiōni in diuersis familijs, velia diuersis officijs. Et ideo solus Episcopus proprie prælatus ecclesie dicitur, & ideo ipse solus quasi sponsus annulum ecclesie recipit: & ideo solus ipse habet plenam potestatem in dispensatione sacramentorum, & iurisdictionem in foro * ecclesie quasi persona publica: alij autem, secundum quod ab eo ei committitur. Sed sacerdotes qui plebis præficiuntur, non sunt simpliciter prælati, sed quasi coadiutores: vnde in consecratione sacerdotum Episcopus dicit, Quanto fragiliores sumus, tanto magis auxilis his indigenus. Et propter hoc etiam non omnia sacramenta dispensant. Vnde sacerdotes parochiales vel Abbates, aut alij huiusmodi prælati, non possunt indulgentias facere.

Et per hoc patet responsio Ad obiecta.

A R T I C. II.

Vtrum diaconus, vel alius non sacerdos, possit indulgentias facere?

IOI

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod diaconus non possit indulgentias facere, vel alius non sacerdos. Quia remissio peccatorum est effectus clauium. Sed non habet claves nisi solus sacerdos. Ergo ipse solus potest indulgentias facere.

¶ 2 Præterea, Plenior remissio pœnae est in indulgentijs, quam in foro pœnitentiali. Sed hoc non potest nisi solus sacerdos. Ergo nec illud.

SED contra, Eadem confertur dispensatio thesauri Ecclesie, cui committitur regimen Ecclesie. Sed hoc committitur quandoque non sacerdoti. Ergo potest indulgentias facere; nam ex dispensatione thesauri Ecclesie efficaciam habent.

RESPONDEO dicendum, quod portas faciendo indulgentias sequitur iurisdictionem, ut hora dictum est*: & quia diaconi & alij non sacerdotes possunt habere iurisdictionem; vel commissari, sicut legati; vel ordinariam, sicut eleeti: ideo possunt indulgentias facere etiam non sacerdotes, quoniam non possunt

ijjs, vel in
oprie præ-
uasi spon-
s ipse ha-
ramento
quali per-
ab eo ea
præfici-
coadiuto-
scopus di-
is auxili-
omnia
arochiale
on possit

fint absoluere in foro pœnitentiali, quod est ordinis.
Et per hoc patet solutio Ad obiecta. Indulgentias
enim facere pertinet ad clauem iurisdictionis, & non
ad clauem ordinis.

ARTIC. III.

Vtrum Episcopus posset indulgentias facere? 102

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod etiam *ca* *Quid*
Episcopus non posset indulgencias facere. Quia *autem*, de
thesaurus Ecclesiae est communis toti ecclesiæ. Sed id *pœnit.* &
quod est commune toti ecclesiæ, non potest dispensari nisi per illum, qui toti ecclesiæ præstet. Ergo fol-
lus Papa potest indulgentias facere.

¶ *Præterea, Nullus potest remittere pœnas à iu-
re determinatas, nisi ille qui habet potestatem ius
condendi. Sed pœna satisfactoria, sunt pro peccatis
determinata à iure. Ergo remittere huiusmodi pœ-
nas potest solus Papa, qui conditor est iuris.*

SED contra est, consuetudo ecclesiæ, secundum
quam Episcopi dant indulgentias.

RESPONDEO dicendum, quod Papa habet plen-
nitudinem pontificalis potestatis, quasi rex in regno.
Sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi
iudices singulis ciuitatibus præpositi. Propter quod
eos solos in suis litteris Papa fratres vocat, reliquos
autem omnes vocat filios. Et ideò potestas faciendi
indulgentias plene residet in Papa: quia potest face-
re proinde vult, causa tamen existente legitima: sed in
Episcopis est taxata secundum ordinationem Papæ; &
ideò possunt facere secundum quod eis est taxatum,
& non amplius.

Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

ARTIC. IV.

*Vtrum ille, qui est in peccato mortali, posset indul-
gentias facere?* 103

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod ille,
qui est in peccato mortali, non possit facere
indulgentias. Quia riuus, cui fons non influit, nihil
profundere potest. Sed prælato in peccato mortali

P 4 exi-

existenti, non influit fons gratiæ, scilicet spiritus sanctus. Ergo non potest in alios profluere, faciendo indulgentias.

¶ 2 Præterea, Maius est facere indulgentiæ, quam recipere. Sed ille, qui est in peccato mortali, non recipit, ut dicetur †. Ergo nec facere potest.

q. sequet. art. I. SED contra, Indulgentiæ sunt per potestatem prælatis Ecclesiæ traditam. Sed peccatum mortale non tollit potestatem, sed bonitatem. Ergo potest aliquis in peccato mortali existens, indulgentias facere.

RESPONDEO dicendum, quod facere indulgentias pertinet ad iurisdictionem, sed per peccatum homo non amittit iurisdictionem: & ideo indulgentiæ que valent, si sunt ab eo qui est in peccato mortali, sicut si fuerint ab eo, qui est sanctissimus: cum non remittat poenam ex vi meritorum suorum, sed ex via reconditorum in thesauris Ecclesiæ.

Ad primum ergo dicendum, quod iste prælatus in peccato mortali indulgentias faciens, non proficit de suo aliiquid: & ideo non requiritur quod influxum recipiat à fonte, ad hoc, quod eius indulgentiæ valent.

Ad secundum dicendum, quod maius est facere indulgentias, quam recipere, quantum ad potestatem, sed est minus quantum ad propriam utilitatem.

QVÆST. XXVII.

De his quibus valent indulgentia, in quatuor articulos divisa.

D Einde considerandum est de his, quibus valent indulgentiæ.

¶ Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum indulgentia valeat existentibus in peccato mortali?

¶ Secundo, vtrum valeat religiosis?

¶ Tertio, vtrum valeat non facienti illud, pro quo indulgentia datur?

¶ Quarto, vtrum valeat ei, qui indulgentiam facit?

AR.